



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Saxonia || Et || Metropolis || Alberti Crantzii || Historici  
Doctiss. Sacrae || Theologiae & Iuris Canonici Doctoris ||  
celeberrimi, ac Ecclesiae Ham-||burgensis quondam  
Decani**

**Krantz, Albert**

**Coloniae, 1574**

Capvt XI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11453**

is alijs captis atq; caſis : Cateri ſe retraxere & in ſu-  
gam abiérunt.

## CAPVT XI.

**A**D nauigabat interea clafſis Chriſtiana, & qui-  
dam ex captiuis Chriſtianiſ, cum vigiles & cu-  
ſtodes oppreſſiſſet ſomnus, ſignum dat è ſpecula, vt inua-  
dant oppidum : Mirantur nautici quis ex oppido vocet,  
ſignum oſtendens. Sed tamen Dei nutū interpretantes  
ex oppido, oppugnant: Capto oppido, & arcē expugnāt.  
Hoſtes vbi videre & ducem cecidiſſe, & fortiſſimum  
expugnatum preſidium, ſe per nemora & inuios montes  
fuga ſunt tutati. Celebre factum eſt Adolphi nomen in-  
ter omnes ex hac prima cum hoſtibus congreſſione. Re-  
pertum eſt in arce armorum & commeatū plurimum,  
magno noſtris futurum adiumento in hoſtili terra. Tan-  
tum inerat ciborum, vt triennio obſeſis ſufficere vide-  
retur : Tantum armorum, vt duabus, licet magnis, na-  
uibus exportari non potuiſſent : Opportunum erat hoc  
ſemper Saraceniſ preſidium, vnde fiebant terra mariq;  
Chriſtianiſ incurſiones. Decem & nouem millia capti-  
uorum huic Saladino preſentata feruntur ab ipſo Syriae  
excidentis initio : vbi etiam pro inſigni loci gloria Sala-  
dinus primū eſt rex coronatus, & rex Hieroſolyma pa-  
riter & Babylonia conſalutatus. Cumq; hac tam proſpe-  
ra fuiſſent Chriſtianiſ, triſte ſuperuenit de morte Im-  
peratoris nunciū, & cœpit inter omnes trepidatio non  
vulgaris, cum alijs patrimonio, alijs beneficio ſuo time-  
ret : Nonnulli de amulis, alijs de amicis cogitauere, nec  
quieuit tumultus, donèc adunatis principibus ſacramēta  
preſtarent, omnes ſe Imperatoris filio parituros: quæ res  
getē peperit. Indè alia quoq; cura ſuccedit de rege Hie-  
roſolymorū ſurrogādo: Placuit in cōmune, principi Tyri  
regnum deſerre : Ille, accepto honore, relictam Henrici  
regi-

regi-

reginam, sibi coniunxit matrimonio. Antiochia quoque Christianis supererat: Aderat eius princeps, & rebus bene gestis, ad sua remeabat. Territi Saraceni, multis de locis cessere Christianis: Ita ditio Antiocheni quoque principis extensa est. Thoruttum à Tyro mille passibus distabat, in monte positum, inexpugnabile videbatur: quod fortissima hostium manus tenebat, quotidianis incursionibus Christianam militiam fatigabat. Visum est principibus obsideri: multū diūq; in expugnatione frustra laboratum. Aderant Saxones pleriq;, qui in Hercynia fodiendis mineris desudant: Aggressi opus, cuniculis factis, muros subruunt: Territi hostes, circumspiciunt: sed occurrere tanto non poterant periculo: Summa cogitabant: mors, & quidem crudelis, ante oculos: deliberabant, ut interposito colloquio, vitam si non aliud, paciscerentur: Ad proximos versi, inducias paruas ad muros sermone deprecant, & accipiunt. Vbi ventum est ad colloquium, primum poscunt, quis sit princeps à quo oppugnentur. Illi referunt: Esse Henricum Palatinum Rheni potentissimi ducis Leonis filium: Eius poscunt presentiam: Quibus obijcitur: Turbatores estis pacis & veritatis inimici. Illi respondent, de utroque sibi certa esse colloquia cum principe. Venit, & rogatur ab his, ut interposita pace & fide publica, in medium ductantur principum, facturi deditionem.

## CAPVT XII.

**H**enricus Palatinus eos deducit: Aderat inter alios Henricus dux Brabantiae: Ibi ab Saracenis accepta est oratio, quae commiserationem efflagitaret: Communem esse Deum, quem utriusq; colerent, ritum diuersum: Illis Abraham esse generis principium: quod à Sara genti, Saraceni dicantur fratres esse, communi praedictis